

*Rep. ad viam Appiam, XI circiter ab urbe lapide, eodem sine dubio loco quo N. 6189, est Romae in museo Vaticano (XIV 2440 descripsit Henzen). — 1) Apparet deesse inscriptionem primariam, scilicet inscriptionem statuae cui locus adsignabatur a C. Dissenio. — 2) A. 158. — 3) Cf. supra N. 5450—5452. — 4) De virginibus Vestalibus Albanis cf. supra N. 5011. — 5) Manlia Severina cum soror eius fuisse videatur, cui titulus positus est, ipse fortasse fuit L. Manlius Severus quatuorvir Bovillensium, cuius titulum dedimus supra N. 4942. — 6) A. 157. — 7) Incertum utrum annus a Roma vel a Bovillis conditis.*

*Alios titulos Bovillenses dedi N. 2988. 4942. 5196.*

**6191** Clange | Hilarionis v. a. XX, | perit in monte Albano | XIII kal. Iul. | L. Arruntio M. Lepido cos.<sup>1</sup>

*Romae rep. in Exquilis prope sepulcrum familiae Arruntiae (VI 5934 seq.), iam Cusercoli (VI 14844 vidit Bormann). — 1) 18 Iun. anni p. Chr. 6. Perit puto ferius Latinis, quibus fortasse una cum Hilarione L. Arruntium consulem comitata erat.*

*Titulos Iovi in summo monte Albano dicatos dedimus supra N. 2990, 3072. — De sacerdotibus Cabensibus montis Albani vide ad N. 5009. — Fastos feriarum Latinarum editos C. I. L. I (ed. 2) p. 55 seq. = XIV 2256—2244 hic non repeto.*

**6192** Rubria Prima | Albanesis<sup>1</sup>. | P. Rubrius P. I. Utilis. | Amice, havel et vale! ego hic | situs sum.

*Romae, ut videtur, vel prope Romam rep., tabella columbarii, est in oppido Genazzano (VI 25548 vidi). — 1) Significatur puto origo ex fundo Albano imperatorum. Cf. C. I. L. XIV p. 247.*

**6193** Cn. Dupilius Cn. f. | Hor., tr. mil. in leg., | flam. Mart.<sup>1</sup>, q., aed., | dictat. Ariciae<sup>2</sup>. | Cn. Dupilius M. f. | Hor. pater. | M. Dupilius Cn. f. | Hor. frater. | Mulvia L. f. mater. | Martia M. f. uxor. | Dupilia Cn. l. Hilara l. | Cn. Dupilius Cn. l. Secund. l. | Cn. Dupilius Cn. l. Epaphrod. l. | In f. p. XVI, in a. p. XIII.

*Romae (XIV 2169 solus descr. Sirmond). — 1) Flamen Martialis (Ariciae). — 2) Dictatores Aricini memorantur (una cum aliis magistratibus Aricinis) in titulis repertis in Nemore Aricino ad fanum Dianae (supra N. 5245; XIV 4195).*

*Ordinem Aricinarum, servum arcarium rei publicae Aricinarum habes supra N. 1285. 5255.*

**6194** senatus p. q. Lanvinus ex p. p. | Ti. Claudio Caesari Aug. Germanico pont. max., tr. pot. II<sup>1</sup>, | C. Caecio Pulchro dictatore, P. Aurtorio Celso L. Laberio Maximo aedil.

*Romae, sed reperta sine dubio Lanuvii (XIV 2097 vidit Henzen). — 1) A. 42/45.*

**6195** [imp. Caesari | divi Hadr]iani f. | [divi Tr]aiani | [Parth]ici nep. | [divi] Nervae pronep. | [T. Aeli]o Hadriano | [Ant]onino Aug. Pio | [pont.] maximo, tribun. | [potest]at. II, cos. II<sup>1</sup>, p. p., | [senat]us populusque | [Lani]vinus veteres<sup>2</sup>.

*Lanuvii (XIV 2100 descr. saec. XVI Fulvius Ursinus alique). — 1) A. 139. — 2) Cur veteres dici voluerint Lanivini, non constat.*

*Alios titulos positos a senatu populoque Lanivino habes supra N. 1475. 5195. 5686.*